



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Prolepsis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

ille superior Africanus Senatoribus fecit, qui primus eius ordinis subfellia a populo liberauit.

Polysynthesos.

Jul. Ruf. p. 44 Hoc schema efficitur cum sententia: multorum articulorum conuenienti copia continentur.

Pythia: Ille hunc poena constructum trahebat, hic autem vociferabatur, concursus vero non mediocri, cum tamen omnes opitulari vellent, sed nemo auderet: neque ibi Magistratus aderat, nec circumspicientes, quo potissimum confugeremus, reperiebamus, sed vno tempore nos, & praesens, & futurum malum perturbabat. Nam praesens tempus acerbicatis erat plerumque, reliquum vero timoris.

Item Diarchi, partim nostri silebant, partim autem ingentem clamorem excitabant. At hi socij, praecleara nostra auxilia neutrum poterant, neque enim constanti silentio, neque forti clamore strenue quid agere conabatur. Huc accedebat ignavis tubae strepitus, qui nihil eorum mentes ad virtutem excitabat.

Procatalepsis.

Jul. Ruf. p. 36 Est schema diatonas, cum id quod aduersarius arrepturus est, aut quae obiecturus praesumimus, ac praedicimus, ut illud, *Alexand. Rhetor. Graec. Rhet. pag. 577.*

neque me Argolica de gente negabo.

Hoc primum.

Et, Scio me Danais e gentibus unum

Et, bello Argiloces fatior petiisse penates.

Latine haec figura dicitur praecipio, vel anticipatio. Graece etiam prolepsis.

Procatalsis.

Jul. Ruf. p. 36 Est procatalepsi proxima, cum rei de qua actum sumus, colorem praeparamus, & arquet praetendimus, ut in illo:

Anna soror, quae me suspensam insomnia terrenti

vsque quae bella exhausta cauebat.

Nam primo de insomnia, quae est, deum mirari se virtutem hospitis dixit, & veram fidem esse, a dijs illum genus ducere; misereri etiam casus, & errores, ut verecundius postea de amore fateretur, quasi in affectum hospitis, vel insomniae, vel admiratione calamitatis inducta sit. Haec figura dicitur latine praeparatio.

Prodiastolepsis.

Alexand. Rhet. p. 54 *Aquil. p. 13* *per diastolepsin.* Figura quae perspicuitatis causa verbum aliquo licet absoluto sermone subiungit.

Oras in dyoma eponechthi peplotheomeno logos, pros diastolepsin plonoi, ut apud Homerum:

Al. Od. A. 351. η Αχαμειμονι ηνδαν θυμω. vox θυμω redundat.

Prodiastolepsis.

Præcedens correctio. Haec figura, ut aliquid necessarium dictu, & in suaue audientibus, aut odiosum nobis dicturi sumus: praemunit. Exemplum apud Ciceronem frequens: quanta sentio, quanta hoc cum offensione dicturus sum, dicendum est.

Alexander Rhetor hoc affert Demosthenis exemplum:

Και μοι προς θεων ετα ηνκα της βελτισου λεγω, εσο παρρησια της λεγει; Quæso vos per Deos immortales, ut cum optima de causa dicam, mihi dicendi libertas non denegetur.

Prolepsis.

Hoc est, cum id, quod aut in aduersarij causa, aut in iudicis opinione esse, aut fore arbitramur contrarium nobis, praecipiamus dicere, & cum ratione dissoluere.

Demosthenis, Atqui ego illum, iudices, arbitror Lycurgum laudatorem producturum, scilicet qui sit testis eius pudori, ac probitati: sed ego Lycurgum vobis praesentibus hoc vnum interrogabo, velitne se simile esse illius factis, & moribus. Quod si negauerit, satis factum vobis esse de veritate nostra debet.

Lysiae hac oratione sapius apud me utebatur, & orabat, ut suarum rerum misereret, inopiæque subuenirem. Quid multa? commotus humanis precibus depræcantis, quod petebat dedi, solus soli, quo minus nota calamitas hominis esset. Sed ut paratus venisse videatur, iam se negabit accepisse, & flens vobis supplicabit, ut se a calumniatoribus eripiatis. Vos autem, cum sic agentem videritis, facite, ut & illius, & mei memineritis.

Prolepsis est schema λεγω, id est figura elocutionis, cum ante numerus redditur verbis, quam res personae alliniantur, ut:

Nec tantum Rhodope miratur, sed Ismarus Orpheus:

Et, interea reges ingenti mole Latinus

Quadrilingo vehitur curru &c.

Latine appellari potest praesumptio, vel anticipatio.

Prosopodosis.

Reddita Nomen haec figura ex eo accipit, 20.

R. 1. 3. quod

Rus. Lup. p. 8.

Jul. Ruf. p. 30.

Aquil. p.